



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Roberti Tvrneri Viri Doctissimi Professoris In Academia
Ingolstadiensi Orationvm. Volvmen ...**

Turner, Robert

Coloniae Agrippinae, 1625

6. De Historia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69519](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69519)

ROBERTI TURNERI
DE HISTORIA.
CAPVT I.

Qui ad historiae alicuius narrationem, fusio-
que explicationem aggrediuntur, principijs
suis multas interspergunt, non tam historiae
laudes, quam suae stultitiae labes: narrant multa, sed
praeter rem; narrant vera, sed pueriliter: quare ne in
horum quos reprehendo, vitium delaberer, abstine-
rem omnino à prolegumenis, nisi quaedam commodè
possent & deberent praemitti, ad historiae totius totam
intelligentiam, scilicet, historiae quae sit origo, quae na-
tura, quot partes; qui authores quibus connectendi, in
quibus authoribus quae vitia sunt, quae virtutes; deni-
que in lectione historiographorum quid obseruan-
dum, & qua ratione seponendum ad vsus vel priuatos
vel publicos, in hisce tamen omnibus sequar legem il-
lam historiographorum, qua & iubentur tangere
optima, & vetantur colligere otiosa.

*Inanitas
Histori-
corum
quorum-
dam.*

CAPVT II.

De origine Historiae.

Historiam referunt plurimi ad Adamum &
Euam: sed narrant fabulas, qui haec narrant: *Historia*
quaerimus enim originem non hominum, de quibus *origo.*
prima historia fuit, sed qui primam historiam conse-
crarunt monumentis: propius absunt à veritate,
qui putant plurimos primae aetatis populos, ante literas
inuen-

inuentas notasse res suas, Aegyptios literis Hieroglyphicis, Chaldaeos obeliscis, Graecos pyramidibus, alios alijs monumentis: id in hac opinione est error, quod singulis populis tributa tantum sunt singula monumenta, cum omnium fuerunt omnia: clarum est ex Iosepho, Aegyptios, Chaldaeos & Graecos viam memoriam rerum consignandam & literis Hieroglyphicis, & obeliscis & pyramidibus omnibus permiscuè omnes, hoc si non loqueretur Iosephus, probum rem facile Tritemij rationibus in polygraphia: hoc rei firmum est illud argumentum, quod digito hoc indicentur obelisci ex Aegypto & Graecia, ex Chaldaea, alijsque locis litera hieroglyphica magnis sumptibus translatae Romam: sed nihil hoc ad monumenta enim ista sunt lapidum, quarimus litterarum: creuit tandem populis illis primis cum aetate dium suae laudis amplificandae & aeternitati quasi consecrandae: coeperunt ergo, qui inter illos erant maiores, maiorum res illigare in rhythmos, ac hos non solum recitare publicè cum applausu, sed etiam tractare alijs discendos, decantandos, & posteritati commendius transmittendos: hoc in more adhuc est apud populos barbaros, quos limatior haec elegantia percontinuit quàm imbuit, Hybernos, Vandalos, Lappos, qui hos suos historiographos putidè poetas, quasi uini spiritus ardore suffusos tanta & prosequuntur veneratione, vt quicquid in hos peccatur, in Deo id putent omnes peccari: qui ab hoc capite historiographi arcessunt, multò id verius quàm superiores. Sed vt res reseruem ad viuum: qui historiam primus omnium iustam scripserat, fuit Moyses. Author est Iosephus ex hoc quasi semine copiosa postea herba succreuit historiographorum, plurimis gentibus. Graecorum primos consecrarunt literis primi Cadmus Mylestus, Pherecydes, Hellanicus; Latini suarum rerum primos scriptores habuerunt Sacerdotes, quibus cura mandata erat

*Res gestae
rhythmicè
scribi
solito.*

*Moses
primus
historiae
scriptor.*

notandarum potius quam scribendarum rerum, quæ singulis gerebantur annis. Hinc annalium nomen: hæc cœpta historia, postea culta, à varijs vario modo,

CAPVT III.

Quid historia, & quot historiae partes?

PLato in Cratulo, historiae nomen ducit à duabus græcis vocibus, ὅτι ἱσῆσι τὸν ῥῆν, quod sistat fluxum, id est, quod rerum humanarum rationem facile fluentem sustineat, ne cadat? confirmet; ne pereat. Sed hæc nimis fortasse est subtilis & exquisita historiae etymologia, tutior hæc, quia tritior, quam petunt non indocti à græca voce ἱστορίω, id est, narro. Sed de etymologia historiae, notionem notant multi multis modis. Cice 2. de Orat. dicit esse *testem temporum, lucem veritatis, vitam memoriam, magistram vitæ, nuntiam veritatis.* Leo Iudæus describit eam esse *mysterium naturæ, miraculum artis, humanitatis diuinitatem*: denique alij aliter non tam ad historiae notionem euoluendam, quam indicandam vtilitatem. Eucleatius ergo illi & verius, qui vna penè voce dicunt, historiam esse rei gestæ veram narrationum. Hujus generis duæ sunt formæ plena, naturæ artisque expleta numeris; semiplena, in qua naturæ tantum emicat igniculus: huius postremæ formæ sunt chronica, quæ temporis connectunt seriem; commentarij: qui capita tantum rerum colligunt; diaria, quæ dierum; annales, qui annorum continent minutias; vitæ principum singulorum descriptæ, aliæque narrationes rerum pressæ & subtiles, quocunque illæ censeantur nomine: historiae plenæ vnica illa forma est, vt naturæ vim exprimat arte: quam

Quid sit historia,

laudem aut nullus est consecutus ynquam, aut Litterarum
apud Latinos.

CAPVT IV.

*Qui authores quibus sunt con-
nectendi.*

*Non ob-
uia que-
uis legen-
da occur.*

Cum in omnibus rebus ordo multum valet, tum
in discendo plurimum: affert enim momentum
non solum ad intelligentiam rei, sed etiam ad
memoriam: quare male faciunt, qui ut quisque se
historiographus primum obijcit in eum avidissime
rumpunt, nec curant quid, quo ordine, sed quantum
quam avidè legunt: huius studij ille fructus est, ut me-
moriam potius labefectent confusione, quam animi
informent disciplina: huic morbo fiet medicina in his-
torijs, si legantur ordine: quare id primum fit ei, ut
in re historica velit versari cum fructu, ut historiae
uersæ breuissimam comprehensionem legat, perleat
& multa meditatione contritam bene concoquat:
quo genere præfero omnibus Genebrardum Papiensem,
qui ita brevis est, ut explicet clare; ita clarus, ut
omittat non necessaria: tamen dum nimis aliquando
inhæret vestigijs Rabbidorum, fit ut declinet à recta
via. Funccius extra controuersiam in hoc genere bene
natus esset, si in religionis re non esset malus: tutius er-
legi debet Genebrardus à Catholico; potest & Funccius
ab hæretico: hoc noto, quia Catholici quidem
Funccium ita ponunt extra aleam omnem, & laudant
sine exceptione: post Genebrardi aut alterius cuiuslibet
cunque chronologiam, subnectendæ sunt singularium
gentium singulæ historiæ scriptæ perfectius, descriptæ
plenius. Qui Romanas & Italicas res volunt attingere,
satis erit, si post Sextum Rufum, Flori epitomen, &
Euro

Eutropium iam tandem accedant ad Liuij & Polybij
exquisitiores delicias : quod si in Romanis rebus veli-
mus esse acres & diligentes, legentur Authores hoc
ordine:

Fusti Consulares Caroli Sigonij & Onaphrij.

Flori epitome. Velleius Paterculus.

Quintus Fabius Pictor de origine vrbis Romæ.

*Polybij liber sextus de militari domesticaque Romana disci-
plina.*

Dionysius Halicarnassens.

Salustius Dio Cassius.

Cæsar de bellis civilibus. Titus Liuius.

Cornelius Tacitus.

Ammianus Marcellinus.

Tranquillus. Lampridius.

Egnatius.

Flavius Blondus.

Pontanus.

Sabellius.

Reliqui posteriores recentes sunt, de quibus postea.

CAPVT V.

*Qui res Germanicas scripserunt hoc or-
dine legentur.*

Cornelius Tacitus de moribus Germanorum.

Beatus Rhenanus de rebus Germanicis.

Iacobi VVimphelingi epitome rerum Germanicarum.

Hildricus Mutius de Germanorum prima origine.

Crantzius. Auentinus.

Abbas Vyspergensis.

Qui in singulis Germaniæ prouincijs volunt esse ex-
quisiti, consulant Bodinum; nos tantum libamus ea, non sine
quæ

errore
cautè le-
gendus.

quæ commodè possunt fieri à quouis: legantur etiam
quæ quotidie de Germanicis rebus eruuntur histor
ex antiquitatis thesauro.

*Gallicarum rerum scriptores legentur
hoc ordine.*

Iulius Caesar de bello Gallico, & Hircius.

Ioannis Tiliij epitome.

Paulus AEmilius.

Ioannes Tritemius de gestis Francorum.

Gulielmus Paradinus de antiquo statu Burgundia.

Gregorij Turonensis historia Francorum.

Froissardus. Philippus Comineus.

Polonicas res persequuntur.

Martinus Cromerus.

Philippus Callimachus.

Anglicæ res satis erunt notæ, ex Polidoro: Satis Sc
tica, ex Hectore, Boëtio. qui res nostri temporis cog
tione & animo volunt comprehendere, contenti er
ri

*Sleid. res
Cathol.
male nar-
yat.*

Iouio, Natali Comite, & Guicciardino, qui hoc an
exhibit Latinus, Sleidanum autem nollem attingi,
qui eò est periculosior quo elegantiori veste reg
menducia.

CAPVT VI.

*Quæ virtutes in quibus sunt authori-
bus, & quæ vitia.*

QVoniam promiscua omnium authorum lectio
magis inficit stilum, quam imbuat mentem: nihil
adhibeatur cautio: vno verbo monebo quid in
quodque

quoque sit imitandum, quid fugiendum: in Cæsare ergo est genus dictionis purum & limatum: in Salustio concisum & enucleatum, ut si spectemus dictionem tantum, nihil hoc sit clarius, nihil illo diuinius. Cornelius Tacitus narrat principum maximorum reconditissima consilia, ea arte, ut putes oratorem; ea consilij ratione, ut mireris politicum: colligit minuta, maxima, sed ea iudicij laude, ut maxima semper splendeant, nunquam sordeant minuta: denique si non haberet genus illud dicendi pro historia nimis altum, robustum ac poeticè obscurum, forma esset, ad quam omnis historia deberet exigi. Velleius Paterculus est pulchrè nitidus castè integellus, infigiter argutus, clarè breuis, denique eius ingenij & iudicij scriptor, ut si vellet laudari, aut Pompeius exquisitius, aut argutius Cæsar, aut Cicero elegantius, impudentes sanè essent: ad hunc quoties accedo, auidus accedo, ita inuitat; ab hoc quoties discedo, inuitus discedo, ita tenet. In Liuiio (dicam vno verbo) sunt omnia. Nam Patauinitas, quæ reprehenditur in illo, est virtus. De omnibus iudicium non fero, hoc dico plerosque legendos non tam ad stilum, quàm ad veritatem. Nam sunt vel Græci, boni, malè conuersi; vel ex fæce eorum, qui barbariem ponunt in laude: antiquos illos loquor: de recentibus hoc est iudicium. Auentinus laudatur, sed ab ijs, qui de stilo nullam mittunt vocem, quæ laudetur: non tamen est ex sentina, scriptorum: scribit enim nec bene, ut summus; nec malè, ut barbarus. Id tantum est laudis quòd conatus est exprimere maiestatem Liuij. In re quoque desidero non tam audacem. O audacia, quæ nescio, quomodo ijs, quibus impietatis odor affusus, inhæret, & inficit, & abstrahit à vero non tantum illo diuino, sed & ab omni: à quo mirum quantum aberret saepe. O si esset, qui historiam Bauaricam illustrissimam illustraret: sed hoc aliorum humerorum onus.

In Philippo Comineo pulchra est species historię

scri-

Quid imi-
tandum
& fugiē-
dum in
quoque.

scribendæ ad vtilitatem: nam ex singulis actis eruitur
 cumenta, siue formandæ vitæ, siue prudentiæ aug-
 dæ accommodata. Polydorus & Hector Boëcius scri-
 bunt latinè, vt nihil possimus timere contagio.
 Martinus Cromerus est mediocris. Michael Bruns
 Bembus, Manutius, & Sigonius nihil habent non te-
 sum, ac ne habere quidem possunt, dum inhærent
 stigijs Ciceronis tam propè, vt penè assequantur.
 Onuphrius mirus est artifex eruendæ antiquita-
 tis. Iouius malè sanus est scriptor, laudat, vituperat,
 non ad normam veritatis, sed pro ratione præsumpti-
 hinc mentitur multa de Turcis gloriosè, de Germanis
 maledicè, mendacia si fercernas, author est non con-
 temnendus. Natalis Comes præter rem nullus, ni-
 hil scribit argutè, nihil vinctè, nihil cum iudicio:
 tantum est laudis quod non est barbarus. Pontanus
 Neopolitanis rebus mirificè placet, vt qui Liuij dig-
 tatem, acumen, decorum expresserit scribendo. Sum-
 optimæ fidei vir conatus est, quantum potuit: potuit
 quantum nullus debet contemnere; nisi fortasse crudi-
 cis non probetur, monachum scripsisse vera non
 eleganter.

*Iouius
 malè
 sanus
 author.*

CAPVT VII.

*In lectione historiographorum quid
 obseruandum?*

*Quomodo
 quis ele-
 gans
 scriptor
 & pru-
 dens se-
 nator.*

Res gestæ, ad suas quæque ætates reuocandæ
 sunt, si commodè tamen non possint, non est
 hac temporum notatione multum diligenti-
 ponendum: de re, decore, prudentia, maior cura debet
 esse cuius, qui ex historia vult consequi, vt sit non solum
 elegans scriptor, sed prudens etiam senator: quare pri-
 mum animaduertet in mari, portibus, præmontorijs
 in his

infulis, vadis, qua circumscriptione, quo anfractu, quo sinu, quibus notis, quibus periculis, quibus commodis definiantur. In prouincia aliqua notabit elegantiā, barbariē, affluentiam, penuriam, soli vim, montes, valles, flumina, agros. In ciuitatibus videbitur, quid singulae habeant singulare, quam sint angustae, quam amplae, quibus inclusae moenibus, quibus cinctae suburbij, incolae quod habeant ingenium: quam naturam, quos mores, quam denique politiam: in his diligentiam probo valde minutam, vsque eò, vt cuperem singulorum locorum singulas descriptiones iisdem verbis descriptas conferri in vnum librum: num ex hac diligentia erit multus vsus, non solum ad linguam cudentam, sed etiam ad prudentiam mirè augendam: bellorum notabitur quae fuit origo, quae progressiones, quae consilia, quae deliberationes, quae stratagemata, qui amici, qui inimici, qui fines: hinc colligitur prudentia multa, magna, vera: hic si incidant, aliqua alicuius magni viri orationes, epistolae, legationes, harum est indaganda forma, sententia, decorum, prudentia, apparatus bellici, obsidiones, omnes machinae, aut inuenta nouae, aut antiquae adhibitae, personarum descriptiones, exquisitissima diligentia sunt videndae, peruidendae. Responatas, extinctas, & in his varietates, leges, magistratus formas, attendes: legum condendarum & abrogandarum causa exigenda sunt ad normam, seponendae ad vsum, exempla virtutum, & vitiorum in suas quaeque classes includenda, casus fortuiti, somnia, oracula, diuinationes non sunt contemnendae: habent enim semper vel quod rideamus vel quod miremur: dictum viri siue prudentis acutum, siue acuti prudens nullo modo debet praetermitti: acutum est hoc Demosthenis: cuidam enim inter grauisima consilia suscitanti, quis eiuum optimus, tui inquit, dissimilis: prudens fuit dictum istud Albani Ducis. Carolo enim quinto vrgente pugoas, vide inquit, quid agas: putas te agere cum belluis, qui niteris tantum

In prouincia quid notandum. Item ciuitatibus.

Bellorum notanda origo quae sit.

Demosthenis dictum acutum.

vici.

viribus, reperies viros, vtere consilio: si quæ sententia
in speciem pulchra intercurrat, etsi illa nihil faciat
historiam; notanda tamen est ad imitationem: quæ
est illa Paterculi de Cæsare: spreuit caelestis animi
humana consilia, & voluit cum periculò summa
tius, quàm tutò humilia: hæc breuiter tango potius
quàm explico, quia singula in Liuiò ita sum explicat
rus, vt pene oculis teneatis & manibus.

ROBERTI TURNERI
DE LINGVIS.

CAPVT I.

De numero linguarum.

*Mithri-
dates Rex
viginti
duabus
linguis
locutus.*

*Septua-
ginta
quinque
lingua-
rũ gene-
re olim.*

DE numero linguarum diuersi tradunt diuersa
Quidam contendunt viginti tantum duas lin-
guas, quòd Mithridates Ponti Rex totidem lo-
tus erat: ineptè: nam historiae loquuntur, eum locutum
viginti duabus, non loquuntur tot linguas: fuisse
tunc hunc omnibus locutum, somnium est, nullo tamen
nulla historia nixum: refelluntur etiam (vt videas
fanos) auctoritate, & experientia: nam vnus Europæ
cancellis inclusæ sunt linguæ plures viginti duabus
deinde, qui suis commentationibus illustrant Homeri
rum, colligunt certis signis, homines multò plu-
rius linguarum quàm viginti trium, conuenisse in
Græcorum signis ad evertendam Troiam. Alij multo
historici huc incumbunt, quòd septuaginta tantum
quinque sint linguæ; petuntque rationem ex Moyse
qui dicit, animas ex Iacob satas septuaginta quinque
dilapsas in Aegyptum fuisse, quasi singulae singulis
loque

loquerentur linguis: sic Euphorus, Picus Mirandula in Genesin, alijque: sunt tamen, qui vsu & experientia vincunt esse septuaginta tantum duas linguas; si spectemus originem; ex hac tamen origine fluxisse innumeras dialectos. De experientia quod loquuntur, parum habet momenti: quis enim ita omnes partes mundi peragrauit, vt possit numero recensere aut secernere tot linguas, non plures, nec pauciores? quod si Plinio nugarum multarum & magnarum architecto credamus, tantum fidei est huic opinioni habendum, quantum fabulae: nam Plinius lib. 6. cap. 5. ex Timosthene narrat in Cioscuriade Colchorum vrbe trecentas diuersarum linguarum nationes & vixisse, & viguisse, & horum menti explicandae centum triginta interpretes alios publicè fuisse, si contendant omnes has linguas reuocari ad septuaginta duas origines, & Dialectis tantum differre, expediant etiam mihi de Diodoro, lib. 3. de fabulosis antiquorum gestis: narrat hic de mercatore abducto à mercatoribus Aethiopiae in felicem insulam, cuius indigenae ossa, quasi neruos habebant in omnem partem flexibilia, linguamque à radice *vsus linguae à radice* bisectilem, & quasi duplicem: de duplici lingua *radice bisectilis* vsus probat: nam simul loquuntur varijs varia lingua, simul imitantur variarum auium pipitus, & quasi cantus, simulque respondent prouocanti, prouocantque respondentem. Herodotus etiam scribit, Troglodytas gentem Aethiopiae stridere voce, non loqui: deinde mercatores qui penetrant in Septemtrionem, quicquid agunt, nutibus agunt; quod propter linguarum varietatem non possit reperiri, qui vnus omnes tibi linguas calleat: tanta varietas in septemtrione, quid ergo reliquis partibus; ex his eam summam colligo, fieri non posse, vt illae linguae bisectiles apud Diodorum aut haestridentes apud Herodotum, aut multiplices in septemtrione subijciantur illis septuaginta duabus linguis: quid ergo certi? id vnum est certum, quod

quod in hac re nihil est certi : tamen si loquantur
linguis, qua includuntur regionibus notis, non ma-
lum certè repugno de septuaginta quinque aut septu-
aginta duabus plus minus : id tamen reprehendo
quòd isti hæc sua obtrudunt mundo, quasi oracula
cum tamen nec attingant vera, nec proxima veris
magis, si admittant Platonem, qui de deorum sermo-
ne aliquo coniecturam facit, quod quidam in somniis
locuti sunt, & Hebræi Græcè Græcis, & Græci He-
braicè Hebræis, & alij externi externis alijs ignota
guâ: etiam oracula illa antiqua fundebant voces
illius gentis, in qua erant; & qui à dæmonibus ob-
sessi sunt loquuntur linguis non vernaculis obfessorum
quibus ergò? venaculis dæmonum.

*Bruta non
nutu so-
lunt sed
sermone
quodam
vtuntur.*

Clemens Alexandrinus etiam brutis tribuit
nutum, sed sermonem quendam: probat effectum
Elephas hærens in luto, clamore elici alium, ille dis-
cedit, redit cum turba elephantorum qui hærent
& periclitantem liberant. De scorpione in Lybia
mirabilius: nam si vnus hominem infestum non
potest perdere, abijt, redit cum multis, hi corpora corporum
bus ita substernunt, quadamque quasi catenæ for-
coherent, vt hominem quem cupiunt, facile laxari
discessus; reditus, insidiæ tam affabrè & ordine fieri
loquuntur non nutum aut sibilum naturæ, sed ser-
monem; quo vnus alios Scorpiones elicit ad in-
uictam suam vindicandam. De piscibus etiam nar-
rant piscatores: si quis fortè hamum vel effugit
rit vel eluserit; illo die eius generis piscem non
deri in eo loco: quasi vnus alios pisces mouet
de insidijs cauendis. Porphyrius in libris de ab-
stinendo ab animalibus multa scribit de brutorum in-
ter se sermone: etsi non inducat vt hæc credam
omnia, aut eo modo credam quo referuntur ab Alexan-
drino & Porphyrio; quasi omnes bestię loquerentur
tamen hæc siue sint falsa siue vera; est certe opinio
rur-

*Idem in
piscibus
apparet.*

rum, qui statuunt septuaginta tantum duas linguas, falsissima.

CAPVT II.

Linguae, quae nota sunt, ex quo fonte hauriuntur.

AD Hebraicum fontem referuntur Arabica, Syriaca, Chaldaica, Aethiopica, Aethiopia sub presbytero Ioanne, Aegyptiaca: de Aegyptijs est pulchrum, proprijs literis vtuntur omnes iisdem, at sacras literas attingunt soli sacerdotes, & imbibunt à parentibus: sacrae illis literae sunt non characteres, sed imagines & effigies rerum; accipiter scilicet, crocodilus, serpens, hominis oculus, manus, facies: per accipitrem auem velocissimam intelligunt rem cito factam, per crocodilum, ementientem la chrymas notant malum, iustitiae per oculum signant cultorem. Sic Diodor. Siculus lib. 4. de fabulosis antiquorum gestis: stultè putant, qui in omni Scriptio- ne putant Aegyptios vsurpare imagines tantum, nam imagines hæ, (vt patet) sacrae tantum erant sacerdotibus propriae erunt literae reliquis Aegyptijs, vt alijs gentibus: sacras literas Aegyptiorum vocant alij Hieroglyphicas: de quibus Orus Apolio scripsit.

Ad graecum fontem reuocant Aeolicam, Macedonicam, Cappadocum, Atticam, aliasque quae Turcae sparguntur, & indies inquinantur, vt in tam putidis riuis vix agnoscas fontem.

Ad latinam originem refer Hispanicam, Gallicam, Italicam. Linguae corruptae ratio est quod Romani Praetores ius nec dicebant, nec respondebant, nisi sua lingua; immo Romani ita perditè amabant suae linguae mollitudinem & suauitatem, vt nulla necessitate

Sacrae literae apud Aegyptios non characteres sed imagines rerum.

Quae linguae corruptae apud Rom. ratio.

porue.

potuerint cogi, quò alia lingua, quàm sua cum plerumque
 agerent, contraherent, loquerentur: quæ causa fuit, quòd
 Itali, Galli & Hispani, pressi grauissima Romanorum
 seruitute, coacti fuerint frangere & incidere verba
 Romanas, cum efferre non potuerint. Hinc ex
 Romanæ linguæ limpido fonte fluxerunt illi riuuli
 Hispanicæ, Italicæ, Gallicæ inquinati riuuli. De
 his extra controuersiam est, eos locutos fuisse aliam
 linguam, quàm quæ illis est hodiè vernacula: quæ
 Budæus putat Gallos locutos lingua illa Germanica, quæ
 hodiè est natia Rhenensium, Helætiarum, Elætiarum,
 Vangionum; Belgarum, aliorumque illorum
 Gallorum, qui, citi Rheno nullavi aut fraude per
 rant ita cogi in ordinem, vt linguam suam omittentes
 & vsurparent Romanorum Peregrinam, eamque
 rursus corruptelis tanquam maculis foedè contami
 nam: ex his certissimè statue antiquam Gallorum
 linguam fuisse Germanicam, aut certè fluxisse ex Ger
 manica origine. Itali facilius retinebant veram Romanam
 linguæ originem, propter viciniam, communione
 necessitatem: verùm Vandali, Scythæ, Gothi, Germani
 alij exteri cùm Italiam subegerant, linguam etiam
 fecerunt peregrinis sordibus, eamque, quam iam
 Romanus induxerunt speciem.

*Galli
 olim lin
 gua Ger
 manica
 locuti.*

CAPVT III.

De Germanica Lingua.

*Lingua
 Germa
 nica om
 niam lin
 guarum
 latissima.* **L**ingua Germanica antiquis latissimi fuit fontis
 nam Celtae, Belgiae, Galli lingua vtebantur Germanorum
 aut vera aut paululum inflexa. De
 Celtis & Belgis loquitur agnatio iam linguæ de
 nantis non multum à vera origine: de Gallis si quid
 dubitationis, eam Cornelius Tacitus facile tollit.
 Auc